nonne eiulatus unus, gemitus unus, vociferatio una, nonne in vulti-
bus eorum plurima mortis imago eos prope ad desperationem induxit?
impotes n. plerumque sui qua ratione, quo modo soluti suo viam
sternant, evadantque dum ignorant, in terris si qui consistunt, vel
ipsorum ventorum vi tolluntur vel vix respirare valent. Sed nunc
rursum oculos ex astris ad terram declinabimus, quidque fervente
hoc canicula canis agat scrutabimur, curioso nequaquam sed
obliquo duntaxat oculo, ipsumque canem qualis tunc appareat
primo considerabimus: et ecce ut scintillent oculi, ut spuma plu-
rima ore dependeat, ut guttur interius fremit, ut intumescunt
vero, horrentibus pilis ad vim inferendam promptus, terribilis ferocia,
atque animus infesta rabie semper armatus; ecce ut inflexo semper,
vacillantique discurrat cursu, ut socios canes, ut reliquas feras, ut
homines ut parietes, ut suam umbram insiliat, ut vindictam spiret,
nunc hos nunc illos venenato morsu vulneret, rancis furore im-
mani vel faucibus oestro furat, totus in ultionem etiam innoxio-
rum sanguinem altera Tisiphone accinctus flagello, serratis
aculeatisque armatus in obvios quosque rapiatur, ut viperei mor-
sibus invadat omnes, nec tamen, qui mordentur in lapides ut illi abas-
pecta Medusae, convertuntur, luctuosa licet foret metamor-
phosis, homines in lapides converti, luctuosius tamen arbitror, quod in
anentes, in furiosos mutentur, ipsisque canibus similes furore la-
bratique fiant. Sed nunc quantocyus a teterrimo hoc monstro
oculos mentemque avertemus, abhorrent n. oculi, ad acta, mo-
resque, si tamen mores habere dicere fas est bestiam, convertemus.
Possem hic multa dicere de impudenti illorum libertate, sed
nil